Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



et aaron fr̄ eius et loquimini ad petram coram eis et illa dabit aquas.
Cumq; eduxis aquam de petra bibet omis multitudo et iumenta eorum.
Fecit istud moyses in ista que erant in conspectu dni sicut preceperat
ei congregata multitudine ante petram dixitq; eis Audite rebelles et
increduli Num de petra hac aqm̄ poterimus vobis educere Cumq; elevasset
moyses manum percutiens virga bis silicem egressae sunt aquae
latissime ita ut populus biberet et iumenta Dixitq; dns ad moysen
et aaron Quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filiis
israel non introducetis hos populos in terram quam dabo eis Haec est aqua
contradictionis ubi iurgati sunt filii israel cum dno et sanctificatus est in eis

GR. Iuxta spiritum cor meum et audivit sion et letata sum et reflorescant ora mea et exultet me consilio tuo.
V. Adorabo dnm ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo super misericordia tua.

Alleluia. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende.

Tempore illo venit ihs in civitatem samarie quae dicitur sichar iuxta
predium quod dedit iacob ioseph filio suo Erat autem ibi fons iacob Ihs
autem fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem Hora autem erat quasi sexta
Venit mlr de samaria haurire aqm̄ Dicit ei ihs Da mihi bibere Discipuli
autem eius abierant in civitatem ut cibos emerent Dicit ergo ei mulier illa
samaritana Quomodo tu iudeus cum sis bibere a me poscis cum sim mlr
samaritana Non enim coutuntur iudei samaritanis Respondit ihs et dixit
ei Si scires donum dei et quis est qui dicit tibi da mihi bibere tu forsitan petisses
a eo et dedisset tibi aqm̄ viuam Dicit ei mlr Dne neq; in quo haurias
habes et puteus altus est Unde ergo habes aqm̄ viuam Numquid tu
maior es pre nro iacob qui dedit nobis puteum et ipse ex eo bibit et filii
eius et pecora eius Respondit ihs et dixit ei Omis qui bibit ex aqua hac
sitiet iterum Qui autem bibit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum
sed aqua quam dabo ei fiet in eo fons aquae salientis in vitam eternam Dicit
ad eum mlr Dne da mihi hanc aqm̄ ut non sitiam neq; veniam huc haurire